BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA

Salzburg, 1471 Seite 204v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



inclinet ad leuiter calefacien-
dū et multū humectādū, ta-
lia enī sufficient corrigēt me-
lancolicā cōplexionē hꝰ viri.
De pane. Eligat itaq; pa-
nem de puriori pte farine
que dicitur simula bn̄ coctu
et fermētatū qui nō trāscen-
dit etatem triū dierū. Caue-
at etiā ab oī cibo pastili ve-
lut de farina facto. De carnibꝰ
Carnibus aūt vtat laudabi-
libus etate et nullo mō vetus-
tis que sint bene pingues.
Pinguedo enī est instrumētū
cōuenientis curationis harū
dispositionū ymo intencio sa-
pientū fere non laborat ad
aliud qm̄ ad impinguandum
talia corpora, ergo carnes vi-
tuline lactenciū agnorū cas-
torū cūaliū et pulli gallie
et capones erūt ei valde vti-
les. De siluestribus cōueni-
unt sibi anates etiā domes-
tice et caro capreti et apri-
culi triū uel iiij mensium
et gaselli bene pinguis. Et
in sūma omēs carnes domes-
tice uel siluestres animaliū
iuuenū et bene pinguiū lau-
dātur ei. De oleribus aūt
cōuenientia sūt ei spinachia
bleta portulaca endiuia cri-
solocāna. De fructibus. opti-
me sunt ei amigdale et a-
uellane recētes et cerusa
bene dulcia et pepones, et
cucurbite et augurie dulces
et ficus recentes. et vue
et pira poma bn̄ dulcia re-
centia uel sicca sunt ei cōue-
nientia. De oleo. Oleū etiā
oliuarū et amigdalarū, et
de sisamo in diebꝰ reuerencie
legis sūt cōuenientia sibi. Si-
militer et butirū. sed ī pauco-

vsu habendū est ꝓpter ap-
titudinē sue inflammacionis.
De saporibus aūt caueat
ab aceto in qntū pt, aut si
administretur frangatur cū
multa aqua et zuccaro. Sed
melior ē ei agresta etiam
dulcorata cū zuccaro. Et ci-
tranguli etiam laudāt sibi
raro tamē limones accipi-
endi sūt nisi multo zuccaro
dulcorati. De melle. Mellis
autē vsum nō laudo. Sed si
aliquo dulci sapore saporan-
da sūt fercula, nō eligat s̄
sapam, et ē vinū coctū, et
qnto dulcius erit, tāto me-
lius. De seminibus vero qbꝰ
cōdiuntur ex speciebꝰ con-
uenientes ē, macis et cortex
citri et capilli veneris. Hec
enī omnia tēperata sūt fe-
niculū aut petroselinū ci-
minū et talia intense cali-
da nō ponāt in cibis nisi
raro et in pauca qntitate
et ꝓprie qn̄ accipiūt refrac-
ta cū seminibus frīdis sicut
lactuce endiuie acetose sca-
riole, et sic de cōsimilibꝰ.
Salsa vero cibaria siue de
carnibꝰ siue de cōdimētis
intelligat dimittēda sunt
omnia qm̄ efficiūt augmē-
tū materie melācolice ꝛ dis-
ponūt sanguinē et coleram
ad adustionē qd nō posset
ei deterius, ut s̄. declara-
tū est. De potu, aūt huiꝰ
viri dicendū est, q eligat
vinū albū colore substātia
tenue et bn̄ dyafonū ꝛ sa-
pore dulce qd magis esse
potest, velut est vinū de
thiemis et cōsilia sibi, tale
enī vinū mentē ꝛ cerebrū
minus ꝑcutit qꝫ reliq. vina-

quid ē sapa.